

1228, octubre, 20

*Berenguer de Cortada, canonge de Girona, ven a Bernat de Bellmirall les prestacions que rep d'una vinya situada al pla de Vilallonga, pel preu de 20 sous.*

ASD núm. 96, perg. orig. 130 x 150 mm.

Sit notum cunctis quod ego Berengarius de Cortada, Gerundensis canonicus, per me et per omnes meos uendo tibi Bernarda de Pulcromirali et tuis perpetuo et dominium et census et agrada que accipio et accipere debeo in omni illa uinea que est in plano de Vilallonga quam per me tenes, quam emi a Guilielmo Pagense, sicut continetur in carta quam inde habeo, quam tibi trado, prout melius dici potest ad tuum commodum pro viginti solidis barchinonensibus, de quibus recognosco me a te bene esse paccatum, renunciando exceptioni non numerate peccunie, et si amplius ualet dicto precio uel ualebit, totum gratis et ex certa scientia tibi dono, renunciando auxilio et beneficio illius legis qua deceptis ultra dimidiam iusti predi succurritur. Et de meo iure ac potestate in tuum trado dominium et potestatem ad omnem tuam uoluntatem faciendam pro alodio francho, sine aliquo retentu quem inde non fado, omnibus meis uocibus et racionibus inde perpetuo extinctis et penes te remanentibus, et conuenio tibi predicta omnia facere habere et tenere in pace pro alodio, ut dictum est, obligando tibi de euiccionem omnia <bona> mea habita et habenda ubique, et si aliquo iure scripto uel non scripto siue exceptioni uel ocasioni aliqua in futurum huic contractui obuiam ire possem, illi iuri penitus renuncio.

Actum est hoc .XIII. kalendas nouembris anno Domini .MCCXX. octauo.

+Berengarii de Cortada\*. Sig+num Renalli, filii Bernardi Renalli. Sig+num Petri de Clota.

(s. *man.*) Raimundus de Caciano, qui hoc scripsit mandato Bernardi de Uicco, publici Gerunde notarii. Bernardus de Uicco, publicus Gerunde notarius, subscribo.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 214